

procurator dicto nomine, quod si prædictus consul, & syndicus, & homines loci præfati persolverint, vel quomodolibet responderint de prædictis aliis, vel aliis quibuscumque personis præterquam Domino Episcopo, vel ejus certo nuntio, intentionis ipsius Domini Episcopi est ab ipso consule, & syndico, & ab ipsis communi, & hominibus loci præfati velle exigere, & petere supradicta, non obstante solutione aliqua alii, vel aliis per ipsos facta, prout debet de jure, cum jura attestentur quod 10 non remittitur, sed augetur, cum cuiquam imprudenter solvitur quod alii est de jure debendum & prædictis omnibus, & singulis Procurator præcepit fieri publicum instrumentum per me Notarium infra scriptum ad consilium si opus fuerit unius, vel plurium sapientum.

Ego Raschatus Imperiali auctoritate Notarius his omnibus interfui, & hanc cartam mihi jussam tradidi, & scripsi.

Juramentum fidelitatis præstitum a nonnullis civibus Aquensibus Guidoni Episcopo.

293

MCCCXLIIII.

In nomine Domini amen. Anno Nativitatis ejusdem MCCCXLIIII., indictione XII., die XVII. martii actum in castro Episcopali Bistagni præsentibus Domino Francisco de Laveziis de Vercellis Vicario in spiritualibus Domini Aquensis Episcopi, & Comitibus, & D. Baudizono de Aquis testibus 30 ad hæc vocati, & rogati. Constituti ante præsentiam in Christo Patris, & Domini Comitibus Guidonis Dei, & Apostolicæ sedis gratia Aquensis Episcopi, & Comitibus, Johannellus naturalis filius quondam D. Bonelli de Belengeriis, Franciscus Rappa, & Albertus Rana omnes cives Aquenses attendentes quod civitas, & castrum Aquense cum mero, & mixto imperio, & omnimoda jurisdictione spectat, & spectare debet ad dictum Dominum Episcopum, & ad Aquensem Ecclesiam pleno jure ju- 40 raverunt, & fidelitatem fecerunt præfato Domino Episcopo stipulanti, & recipienti nomine, & vice suæ Aquensis Ecclesiæ, & successorum suorum canonice intransantium in Aquensem Ecclesiam promittentes prædicti Joannelli fratres ipsi Domino Episcopo, & ejus successoribus, ut præmittitur, canonice intransantibus, quod de cetero non erunt in facto, dicto, vel colloquio ubi dictus Dominus Episcopus, ejusque successoribus possint, vel valeant recipere, seu etiam sustinere damnum, vel jacturam in per- 50 sona, vel in membris, vel in aliquo adventu, seu etiam in terra sua hominibus, vel vassallis, immo si alio modo possent scire aliquid, sive quod haberet contingere, ipsi Domino Episcopo, ejusque successoribus hominibus, vel vassallis, quod ipsi facerent ei scire pro posse, ipsumque Dominum Episcopum avizarent pro se si possent, sin autem per nuncios suos de omni adventu contrario, quod eidem Domino Episcopo, vel ejus successoribus posset contingere in singulis, & quod defendent, & 60 juvabunt de cetero totis viribus, & pro posse ad recuperandam civitatem, & castrum Aquense sibi, & Episcopis Aquensibus debitum, & debita, & ad

recuperandum, & habendum omnia alia castra, jura, jurisdictiones, & bona sibi, & Aquensi Ecclesiæ, & Aquensibus Episcopis de jure debita, & etiam observare omnia ea, quæ continentur in capitulis fidelitatis novæ, & veteris secundum quod continetur in libris de usu feudorum prout melius, & perfectius dici possunt, de qua fidelitate sic præstita ut supra tam dictus Dominus Episcopus, quam prædicti Joannellus, Franciscus, & Albertus præceperunt mihi Notario infra scripto fieri publicum instrumentum unum, & plura ecc.

Aliud simile præstitum a Percivallo Ab. S. Petri nomine partis externæ civitatis Aquarum.

MCCCXLIV.

294

In nomine Domini amen. Anno Nativitatis ejusdem MCCCXLIV., indictione XII., die 24. martii actum in castro Episcopali Bistagni, præsentibus Domino Francisco de Laveziis de Vercellis (1) vicario in spiritualibus Domini Aquensis Episcopi, Henrieto de Rolando de Bistagno, & Joanne Braco de Veximo habitatore Bistagni testibus ad hæc vocatis, & rogatis. Cum Stephanus Joannes de Belengeriis civis Aquensis, Conradus ejus filius, Baudassar, & Gaspar fratres de Belengeriis, Angelinus Joannes, Odonus ejus frater (2), Petrus Joannes, Belardus de Belengeriis, Bonifacius de Belengeriis, Manfredus de Oxile, Joannes ejus frater, Franciscus Rappa, Manuel Garellus, Agnino Bordella, Ferarellus Bordella (3), Ruffinus Cauderarius, Andreas Cauderarius, Bastardus Cauderarius, Anfermus Pellatus, Nicolellus de Bruxa, Bonifacius Tarellus, Jacobus Pistonus, Albertus Caudanus, Farinarius, Gullielmus Candanus (4), Falchetus Sacconus, Saehus Jacobus, Saraxinus, omnes de civitate Aquensi attendentes, quod civitas, & castrum Aquis cum mero, & mixto imperio, & omnimoda jurisdictione spectat, & spectare debeat ad D. Guidonem Episcopum Aquensem, & suos successores Aquenses Episcopos pleno jure fecerunt, & creaverunt suum verum, & legitimum procuratorem Ven. virum dominum fratrem Percevallum Abbatem monasterii S. Petri Aquensis ordinis S. Benedicti ad faciendum fidelitatem, & homagium, ut patet instrumento scripto manu Joannis de Plaxano de Caxinis, publico Notario currente MCCCXLIV., indictione XII., die II. septembris (5), eidem Domino Episcopo pro se, & successoribus suis in Ecclesia Aquensi canonice intransantibus; qui quidem Dominus Abbas præfatus constitutus ante præsentiam dicti Domini Episcopi procurator, & procuratorio nomine omnium suprascriptorum juravit, & fecit fidelitatem in præsentia testium infra scriptorum præfato Domino Guidoni Aquensi Episcopo, & comiti recipienti nomine, & vice sua, & successorum suorum canonice intransantium in Aquensi Ecclesia, videlicet quod præfati forensiti civitatis Aquensis de cetero erunt fideles, & obedientes ipsi Domino Episcopo, ejusque successoribus, ut præmittitur, canonice intransantibus, sicut fideles homines, & veri sunt servitores, & esse debent naturali, & vero Domino suo, & quod de cetero non erunt in con-